

di modo che spesso
se volte lo traggono
in errore.

In quanto a sé,
stima che l'elezione
della via da prendere
debba esser
lasciata all'arbitrio
di ciascuno, pur
chè non ci si discosti
dalle arti liberali,
di cui la natura
stessa ha piantato
in noi i semi.

Ove questi matu-
rino, come atte-
ggiò Cicerone, la
natura ci porterà
alla felicità da sé.

Senonché, ardua
sarà la lotta contro
gl'impedimenti so-
pradetti, come ei
stesso di recente
ha provato.

A lui, che s'era
deciso di vivere li-
bero e di non sop-
portare giammai il
gioco matrimoniale, il padre ha sug-
gerito di prender moglie,

adducendo la pro-
pria vecchiaia,

quo plerunque fit ut adolescentes bene dispositi et ad verum inclinati parentum errore devii agantur. quare in hac electione per optimum iudico ut, quid^(a) agere cuique potissimum rei insistere velint, dummodo a bonis artibus non discedant, eorum arbitrio stetur. ea enim natura que animo rationem dedit, eidem bonarum 5 artium semina indidit. que si adolescere paterentur, ut his ferme verbis vult Cicero⁽¹⁾, nos ad beatitudinem ipsa natura perduceret.

quod si unquam seu natura, seu casu, seu magis superiori dono, potiorem partem eligere cuipiam^(b) datum sit, non continuo tutus esto, aut liber evasit. cum enim difficile fuerit eligere, difficili-

limum est quod elegerit servare, et cum his omnibus que dixi gravior pugna conserenda est^(c). quod michi nichil tale metuenti nuper accidit. decreveram enim mecum quam maxime liberum me futurum et, ut cetera taceam, nunquam collum uxorio iugo premi passurum^(s). at^(d) mei aliter de me secum decreverant. post 15 paucos enim dies cum hoc venissem, ad se me vocavit pater, atque aliis curis implicitum, ut sunt parentes liberis blanduli, ita placide adortus est.

« ego te, fili^(e), in rem aliquam que contra voluntatem « tuam sit, consulto non impellam, propterea quod existimo nichil « te in animum^(f) inducturum, quod non plus modeste ac mature 20 « deliberaveris. cui rei argumentum habeo^(g) quod tu pluribus annis

« vixisti commode sine me, atque in ea etate, que magis consilii « expers es, tuis auspiciis te rexisti; propter quod supervacuum esse « tibi omnem operam meam et omne studium meum arbitrari pos- 25 « sum. de hoc itaque quod tibi dicturus sum facito ut videbitur.

« nichil enim cogo, plenum in eligendo arbitrium tibi relinquens. « vides me, dilectissime fili, iam etate defessum, in senium precipitem

(a) *Ra* ut quod (b) *Codd.* eligere si cuipiam (c) *Ra* om. cum enim-conserenda
est (d) *B P* ut (e) *P* fill mi (f) *B P* in animo (g) *B* habes

(1) *Cic. Tusc.* III, 1, 2. Il testo è:
« Sunt enim ingenis nostris semina
« innata virtutum, quae si adolescere
« licaret, ipsa nos ad beatam vitam na-
« tura perduceret ».

(2) La denigrazione umanistica delle
nozze nella presente epistola s'è forse
ispirata ai dialoghi LXV-LXVII del lib. I

de' *Remedia utriusque fortunae* del PE-
TRARCA, le cui accuse contro il matri-
monio furono eloquentemente ribat-
tute dal Salutati, esperto della vita
coniugale, in una lettera dettata il
23 luglio 1392 a Bartolomeo della
Mella (cf. NOVATI, *Epistolario* cit., II,
p. 365 sgg.).